¶ Hic autor docet quot sunt nomina synonima cum isto nomie hoc ahenū/ni. quod proprie est olla enea (anglice a braseu pot) Et dicitur de hoc es eris Dicēs q̄ hec sartago inis. est idem. Hec patella/telle. diminutiuū de patena est idem. Hic lebes/etis. media producta est idē. ⁊ est masculini generis apd̄ Uirgiliū. Papias dicit lebes/etis. scd̄m regulā Prisciani feminini esse. Sed Ouid̄. masculinū facit. Hec lebeta/te. scd̄m Papiā est idē qd̄ lebes. Uñ⁹. Salue sancta lebes que nobis fercula prebes. Per hunc versū notatur feminini generis. Tertia dōna facit geminos ex ere lebetes. Per hunc versum notat̄ masculini generis. Et dicitur de leuo/as. ¶ Hic cacab⁹/bi. est idē. ⁊ d̄r de hoc camina/tis. media correpta. qd̄ est incendiū. qr multū est in incēdio. i. in igne ¶ Hec patena/ne. media correpta. est idē. Hec patella/le. est idē. Sed patella est ꝓpe in qua frixantur carnes. Deinde ponit autor differētiā inter patenā cui⁹ media producit: et patenā cui⁹ media corripitur. Patena cuius media producitur est coopertura calicis. ¶ Deiñ dicit autor q̄ sartago/inis. cōponitur de sarcos grece qd̄ est caro latine: et ago/agis. Uñ. De sarcos ⁊ ago sic est cartago vocata. Sartago patella est. ¶ Cōstrue. Sartago/patella/lebes/vel cacabus est idem qd̄ acen. Hic cacabus/bi. de caro/nis. et hoc camiatis cōponitur. Hec lebes/etis. est grecū. vel dicitur de leuo/as. Cetera plana sunt. Dicēs. i. tu dicens. patenā a pateo/es. supple deriuari cōiunge patellā

quod idem est quod ahenū. ¶ Vas dico. ꝛc̄. ¶ Construe. Ego dico patenam cuius media corripitur esse vas scilicet ahenum vel cacabum. Sed dico patenam cuius media producitur: esse illud quod tegit supple calicem scilicet coopertulum calicis. ¶ De sarcos. Construe. Hec sartago/inis. est vocata sic de sarcos grece et ago/agis. Nam sarcos grece dicitur esse caro latine. id est idem quod caro.

Affecto vel amo cupio desidero glisco
Opto vel admiror aueo vel gestio capto
Ambio quod facit ambitio: simul ambitiosus.

Affecto.

¶ Autor docet hic quot sunt verba eiusdē significationis cū hoc verbo affecto/as. dicēs q̄ omnia illa que ponuntur in ꝟsibus. Dicit ꝛ in tertio versu q̄ hec ambitio/onis. idē est quod cupiditas/atis. descendit ab hoc ambio/bis. idem quod cupere. ¶ Cōstrue. Amo/cupio/desidero/vl̄ glisco/opto vl̄ admiror/aueo: vel gestio/capto/ꝛ ambio: qđ verbū facit. i. derivat ex se ambitio: simul pro ꝛ ambitiosus: omnia ista sunt idē quoꝫ affecto/ctas/aui/are. verbū frequentatiuū. Et formatur ab vltimo supino huiꝰ verbi afficio/cis. scz affectu. u in o/fit affecto/as. ¶ Afficio cōponitur de ad ꝛ facio/cis. Et significat tria: vt patet p̄ versuz. Afficit informat/punit/cupit: hec tria signat. ¶ Amo as. componitur cū ad: et ꝟ Adamo/as. et cū re: et ꝟ reamo/as. Et aliquando interponitur d/et ꝟ redamo/as. i. iterū amare. ¶ Cupio/pis/pī vel piui cupere/pitū/pitu. habet preteritū ꝛ supinū ad modū quarte coniugationis. ¶ Desidero/as. ꝓponit̄ de de/et sidero/as. quod non est in vsu: quod descendit ab isto nomine hoc sydus/eris. ¶ Glisco/cis/cere. caret preterito ꝛ supino Unde ꝟsus. Glisco preteritū conquexi tolle supinū. Sensus est q̄ glisco non habet preteritū: conquexi quod est preteritū de conquinisco/cis/conquexi/conquinisscere. i. caput inclinare. Unde. Cum caput inclino me conquinisscere dico. Et non habet supinum. ¶ Opto/tas. componitur cum ad/et dicitur adopto/adoptas. et exopto/tas. ¶ Admiror/aris. componitur de ad/et miror/aris. verbum deponens. ¶ Aueo/es/ui/auere. i. cupere. Unde quidam dixit. Si dare multa potes quicquid auebis habes.

¶ Gestio/tis/tiui/tire. quarte coniugationis dicitur de gero/geris.

¶ Capto frequentatiuum est de capio/pis/captu. u in o/fit capto/tas.

¶ Ambio/bis/bui/bire: interposita b/causa euphonie.

¶ Et hic nota q̄ oia cōposita de eo/is/ire. habent e ante o: vt transeo/abeo/exeo/ineo: preter ambio quod habet i ante o. Item omnia corripiunt i ante tum in supinis: vt trāsitum/tu. exitū/tu. media correpta preter ambio quod producit i ante tum/tu. media producta.

¶ Item eo/is. cū suis cōpositis facit participiū pñtis tpis terminare gtiū in untis: vt iens/euntis: obiēs/obeūtis: subiēs/subeūtis: preter ambio quod facit gtiū participiū sui in entis: vt ambiens ambientis. Unꝰ. Semper iens cuz prole sua formabit euntis. Ambio lege caret quod in entis dat genitiuum.

Affecto.
Ambitio.
Constructio.
Afficio
Amo.
Cupio.
Desidero.
Glisco.
Opto.
Admirot.
Aueo.
Gestio.
Capto.
Ambio.
Notabile de cō positis a verbo eo/is/ire.

Est rector currus auriga vereda: veredus:
Plaustrum plaustellū subit illis annumerandū.
De veho de reda dictum reor esse veredam.
Aurigeq̄ suum dant aures et rego nomen.

Auriga.

Synonima magistri
Sunt supra partes epiredia reda dicta.

Auriga. Veredus.

¶ Hic docet autor quot sunt verba synonima cum isto nomine hec auriga/ aurige. Et est auriga ille qui ducit currum (anglice a carter) ¶ Hic veredus/ veredi. id est auriga: et etiam equus vehens redam dicitur veredus secundum Hugu. in cap̃. de veho/vehis. ¶ Hec reda/rede. de redo/redis: vel potius de hec rota/rote. Et est reda quattuor rotarum. Et quia sollicitudo aurige est circa ducendos currus: docet quot nomina ponuntur pro curru. Dicit ergo q̃ currus: plaustrum: et plaustellum: siue plostellum: et reda: que omnia regenda ad officium aurige requiruntur: sunt synonima et significantia pro vno et eodem sumuntur. Deinde dicit. Veredus ꝓponitur de veho/his vexi/ere. id est ducere: et hec reda/de. vnde vereda quasi vehens. id est ducens redam. id est currum. Et hec aurga/aurige: componitur de hec auris/ auris: et rego/regis. quia auriga regit equum ad tactum auris cum virga.

Reda.

Epiredium. Constructio.

¶ Item epi. quod est supra componitur cum hec reda: et dicitur hoc epiredium/dij. Et est epiredium operimentũ quoddam quod collis equoꝝ imponi solet ne trahendo ledantur (anglice an homera). ¶ Construe sic. Vereda: est auriga. i. rector currus: ⁊ veredus est auriga: plaustrũ/plaustellũ quod est diminutiuũ de plaustro subit annumerandũ illis scz currui et rede. ¶ De veho. ⁊c̃. reor. i. credo veredã. i. hoc nomẽ veredã esse dictũ de hoc verbo veho vehis: et de reda/de. ¶ Aurige. ⁊c̃. Construe. Aures. i. hec dictio auris: et rego. i. hoc verbũ rego: dant aurige. i. dictioni aurige: nomẽ suũ. i. deriuationẽ suam. ¶ Currus dicitur de curro/curris, quia videtur currere cum trahitur.

Currus. Plaustrum.

¶ Plaustrum a plaudo/dis. vnde plaustellum diminutiuum de plaustrum.

Aper. Porcus aper verres: mas et sus: porcaꝝ scropha. Femina/sus/sucula/porcellus diminuuntur.
Sus suis exilla caro dicitur esse suilla
Scropha parit fetum: morbus quoqꝝ scropha vocatur.
A scrobe dic scropham: cui rostro terra cauatur.
Aut quia verrit humũ: verres de verro vocatur.

¶ Autor docet de consignificatione dictionũ huius dictionis aper/pri. que idem est quod hic porcus/ci. idẽ quod verres/ris. et idem quod sus/suis: ꝑm quod est masculini generis. idẽ quod aper (anglice a bore) hec porca/ce. hec scropha/phe. et sus suis ꝑm qđ est femini gñis: idẽ sign̄t (anglice a sowe) qr plus declinatur hic ⁊ hec sus suis sign̄t masculũ et puellam inter porcos. Deinde illa nomina que ex istis deriuantur et diminuuntur scz sucula que est diminutiuũ de hec sus suis: et hic porcellus/li. diminutiuũ. hic porculus/li. diminutiuum de hic porcus porci. Et suilla que vocantur carnes suis: deriuatur de sus/suis. et hoc per mediũ: quia de sus suis ꝺr finimus/a/um. ꝺr suillus/ a/um. et hec suilla/le. diminutiuum. Postea ponit autor equiuocationem in ista dictione scropha/phe. dicens q̃ scropha in vna sign̄tione est sus: in alia signantur dicens. q̃ ꝺr de hic scrobs/bis. i. fouea: qr libenter foueas incolit. vel ꝑm alios ꝺr a scro sono quẽ solet emittere. Uerres ꝺr de verro/ris. qr verrit humũ cũ rostro suo. i. sulcat terram cũ rostro suo. ¶ Construe. Porcus. i. hoc

Sucula. Porcellus Porculus. Suilla. Suin9/na/nũ. Scropha.

Constructio.

nomen porcus/ci. aper. i. hoc nomen hic aper. verres. i. hoc nomẽ hic verres/ris. et sus mas. i. hoc nomẽ sus ſm quod est masculini gnis scz sigt idem sine vnũ (anglice a bore) Porca. i. hoc nomen porca/ce. q̃ pro et scropha. i. hoc nomen scropha/phe. et ius femina. i. hoc nomen sus ſm quod est feminini gnis scz sigt vnũ (anglice a sowe) Sed sucula et porcellus diminuum tur. i. sunt diminutiua de sus suis: porcellus de porcus/ci. ¶ Sus suis. ⁊c̃. Construe. Sus supple facit suis in gtõ: ⁊ caro ex illa scz sue vr. i. vocatur suilla/le. Scropha. i. sus parit. i. profert/fetum. i. partũ/quoq̃ pro et scropha vocatur quidã mortuus. ¶ A scrobe. Construe. O lector dic scropham deriuari a scrobe. i. ab hoc nomine scrobs/bis. id est fouea vel cauea/cui. i. a qua/terra cauatur. id est sulcatur vel perforatur. ¶ Aut qz. ⁊c̃. Construe. Aut pro et verres. id est hoc nomen verres vocatur. id est dicitur de verro/ris. id est sulco/as. vel quia euertit terram sicut sues faciunt: quia verrit. id est sulcat/humum. id est terram cum rostro suo. ¶ Porcus quasi spurcus dicitur. id est vilis: quia vile animal est et assuete satiat se vilibus. Porcus quasi puro carẽs: vel pus custos. Uel porcus dicitur de puro per contrariũ: quia minime fit purus: immergat enim se sceno. id est stercore. hic porcarius (anglice a swynherde) hec porcaria. ¶ Aper dicitur de aperio/ris/rui/ire. qz rostro aperit terram. Uel secundum Isidorum aper a feditate dicitur: quia bestia fera est. Unde aprinus/na/nũ. possessiuum. ad aprum pertinens. Et hec aprina caro apri (anglice braune). ¶ Sus a subigo/gis. dicitur: eo q̃ terra subacta estus acquirit. Uel secundũ Isidorum dicitur de suo/suis/sui/suere: quia ex cetis eius soculares sumuntur.

Porcus.
Porcarius.
Aper.
Aprinus.
Sus.

Est veruex aries: cui virtus est generandi
Fit bina de dente bidens dic inde bidental.
Fulmen vbi cecidit: vel victima facta bidentum.
Sacrificans ouat/ex ouibus fit ouatio plausus
Sed cum balatu balantem balo figurat
Veruex in capite vermen gerit/arietat inde
Hinc veruecine carnes dicuntur ouine.

Veruex.

¶ Hic docet autor q̃ ista nomina veruex/bidens/ouis/balans: sunt idem cũ ariete. Et deriuatur balans de balo/as/aui/are. quod est proprium clamare ouium. Et balans est participium de balo/las. sed in priori sensu scilicet pro ariete vl̃ oue tenetur substantiue. In ista significatione participiali tenetur adiectiue: ⁊ qnando tenetur substantiue declinatur hic balans/tis. p masculo. hec balans/tis. pro famella. Et a balo/as. hic balatus/tus/tui. id est clamor ouium. ¶ Sed cum balatu. ⁊c̃. Construe. hoc verbum balo/as. figurat id est formal balantem. id est istam dictionem: hic balans cum balatu. id est cum ista dictione balatus/balatus/balatui: concordant in significatione cũ hoc nomine hic aries arietis: media correpta. Et dicit vnde deriuatur: et primo incipiens ab hoc nomine aries. Dicit q̃ aries dicitur de ares grece quod est virtus latine: quia inest sibi virtus generandi. ¶ Bidens dicitur de bis: ⁊ dens/dentis: ⁊ nõ de binus/bina/binum: et dens/tis. sed dicitur bidens quasi binos dentes habens: qz habet inter octo dentes duos altiores alijs. Et q̃ non componitur de binus/bina/binum: et dens/dentis patet. Unis bidens corripit primã syllabam: et binus producit primam syllabam. Sed componitur de illo aduerbio numerandi bis: quod corripitur et de dens/dentis.

Balans.
Constructio.
Aries.
Bidens

Bidental. Et de bidens/tis. deriuatur hoc bidental/alis. media producta: quod est locus vbi fulmen cadit: vel vbi oues ⁊ bidẽtes sacificabant antiq̃tus. ¶ Ouis
Ouis. ſm assi. dr de offero/offers: eo q̃ offerebatur diis apud antiq̃s. Uel ouis dr de ouo/as/are/aui. idẽ qd gaudere: qr sacrificãtes oues ouabant. i. gaudebant
Ueruex. Et de ouo as. dr hec ouatio/onis. i. plausus vel gaudiũ. ¶ Ueruex dr ab eo q̃ vehit. i. gerit vermẽ in capite: cui⁹ pruritu verueces seinuicẽ pugnãtes ꝯcutiũt: et cũ magno impetu feriũt. Uel veruex dr a virib⁹: eo q̃ ceteris ouibus
Constructio. sit fortior. Uel dr eo q̃ sit vir ouiũ. i. sponsus. ¶ Cõstrue. Ueruex est aries: cui scz arieti ꝟtus. i. ptãs generãdi est. Bidens fit de bino dente. i. dr qr hz binos dentes altiores inter octo. Sed cõponitur vt dixi de bis: et dens/tis. Tu dic inde. i. de bidens hoc bidental supple esse locum vbi fulmen cecidit: vel locũ vbi victima. i. sacrificiũ bidentiũ. i. ouiũ fuit facta. i. frequentata. ¶ Sacrificans. ⁊c̃. Sacrificans. i. aliquis facrificans. i. faciẽs sacrificiũ ex ouibus ouat
Ouatio. id est gaudet. Et per hoc innuit autor. q̃ ouis dr ab ouo/as. Ouatio. i. hoc nomen verbale quod idẽ est quod plausus. i. gaudiũ/fit. i. factũ. ¶ Ueruex. ⁊c̃.
Ueruecinus. declinatur hec veruex/cis/ci. media producta. Et inde dicitur veruecinus/a um. nomen possessiuum aliquod pertinens ad veruecem: et carnes veruecine. i. de veruece. ¶ Cõstrue. hinc veruecine. ⁊c̃. hinc. id est inde q̃ veruex est
Constructio. ouis/veruecine carnes dicuntur ouine. Et scribitur veruetis in genitiuo p t. Construe. Ueruex vehit. id est gerit vermẽ in capite suo/inde. id est ea causa arietat. i. ille veruex arietat. i. percutit cum capite suo quodcunq; fuerit sibi obiectum. Et est pes procelleumaticus constans ex qnattuor breuibus: ⁊ ponitur pro doctylo: quia equipollet ei in temporibus.

Astruo. **Astruit/affirmat/asseuerat: tria sunt hec**
Asserit est quantum: que signant quattuor vnum
Annuo/concedo: simul autoriso tibi do.

¶ Autor docet hic q̃ ista quattuor verba. Astruit quod componitur cũ ad: et struo/is. Et affirmat quod componitur cum ad ⁊ firmo/as. Asseuerat qd componitur de ad/et seuero/as: qd in simplici non est in vsu: sed in compositione vt hic: et componitur cum per: et dr perseuero/as. Assero/ris/rui/ere.
Constructio. componitur cum ad et sero/ris. ¶ Construe. hec tria verba scz astruit/affirmat: et asseuerat sunt: et asserit est quartũ scz verbũ: que quattuor scz verba
Astruo. signant vnum scz significatione. ¶ Astruo facit astruxi in preterito: et astru-
Assero. ctum/astructu: in supinis. Assero/asseris: facit asserui in preterito et assertũ/
Annuo. assertu: in supinis. ¶ Annuo/is/nui/ere. annuitum/tu. in supinis: quod com-
Concedo. ponitur de ad/et nuo/is. quod non est in vsu. ¶ Concedo/dis/concessi/dere/
Autoriso. cessum/su. in supinis. quod componitur de con/et cedo/dis/cessi/cedere/cessum/cessu: in supinis. ¶ Autoriso/as/aui/are. Ista tria verba significãt idem quod predicta quattuor verba. Construe. Ego do tibi annuo/concedo: simul pro et autoriso in consimili significatione cum predictis quattuor verbis. ¶ Autoriso/as. de autor autoris dicitur.

Abdico. **Abdicat econtra/negat/abnuit/inficiatur:**
Obuiat et renuit/his vnum significatur.
Et contradicit: his abnegat associatur.

¶ Autor docet hic que sunt verba eiusdẽ significationis cũ hoc ꝟbo abdico/
Abnuo. as. Et dicit q̃ ista nego/as. abnuo/is. quod componitur de ab et nuo/nuis.

¶Inficior aris.verbū deponens:et cōponitur de in/et facio.fm Catho.q in de inficie arum.i.treuge/vel negationes denegate:vel fracte:et caret singu lari numero. ¶Obuio/as/aui/are.verbū neutrū:et cōstruitur cū dtō casu.q obuio as:contraire:vt cum dico talis obuiauit mihi in vico.Similiter est cō tradicere:vt cū ōr.Dicta tua obuiant rationi.i.cōtradicūt.Et componit de ob/et via vie.Et ōr de obuius/a/um.quod et sic componitur ¶Renuo/is/re nui/ere.componitur de re/et nuo/is.et non habet supina ad vsum:tamē fin artem habet scz renuitum/tu. ¶Contradico:de contra/et dico cis.componi tur. ¶Abnego/as/aui/are..de ab:et nego/as.cōponitur. ¶Nota q̄ ista ver ba que hic ponuntur sunt contraria in significatione verbis: in significatiōe locatis.scilz abstruit ꝛc̄.Quia dicunt affirmatiuam:ista dicunt negatiuam. ¶Construe:Unum.i.vna res significatur/his.i.in his verbis scz abdicat.ne gat/abnuit/inficiatur/obuiat/et renuit.econtra.i.contra significationem su periorum verborum scz astruit ꝛc̄.Et contra dicit associatur his verbis/ab= negat associatur his verbis. ¶Abdico as.componitur de ab/et dico as.cu= ius prior syllaba corripitur. ¶Et dico as/habz tres significatiōes:vt in hoc versu. Hec dico signat:confirmo/copulo/sacro.

Inficior,

Obuio.

Renuo.

Contradico.

Abnego.

Constructio

Abdico.

Cum suffragatur/iuuat/adiuuat/auxiliatur. Subuenit addatur/succurrit propitiatur. Si permittatur a metris opitulatur.

Auxilior.

¶Hic docet autor quot sunt verba eiusdem significationis cū isto verbo au xilior aris.Dicit q̄ suffragor aris:qđ cōponitur de sub/a hic fragus gi.Et est fragus patella que est in genu.Et inde ōr hec suffrago inis.i.poples. Unde poples facit poplitis in genitiuo(anglice a hamme)idē est et est deponens. Et inde venit hoc suffragiū gij.i.auxilium. ¶Juuo/as/iuui/iutum/tu.in su= pino.et inde hoc iuuamen/mis:pro auxilio.Et iumentum/ti.i.equa/vel ani mal auxiliare. ¶Adiuuo/as/adiuui/adiutū/tu.Et adiutor adiutrix:nomia verbalia.Et hoc adiuuamen inis.Et cōponitur de ad et iuuo. ¶Subuenio/ nis.et est idem cum auxilior/aris.Subuenio facit subueni in p̄terito medis p̄ducta/et subuentū/tu.in supino.Et cōstruitur cū dtō:vt subuenio tibi.Et inde hec subuentio/onis.et subuentor/subuentrix:verbalia.Et cōponit sub uenio de sub/et venio/nis/nire.et retinet dictionē et litteraturā simplicis q oēs modos:et tpa. ¶Succurro/ris/succurri/succursum/su.Unde hic succur sor/oris.Et hic succursus/sus/sui.i.auxilium.Succurro est idem qđ auxilior aris:et est verbum mediū:et cōstruitur cū dtō casu:vt succurre mihi domie idē est qđ auxilior aris.Et dicitur opitulor de opus:et tulo/lis:qđ non est in vsu.Propitior dicitur de propitius/a/um. ¶Nota q̄ opitulor habet primas tres syllabas breues.ideo non potest stare in versu.Sed autor qui posuit il= lud in versu:excusat se dicens.Si permittatur a metris ꝛc̄. ¶Construe.Ju= uat scz auxiliatur.id est idem qđ auxiliatur/et adiuuat cum suffragatur.est idem quod auxiliatur/subuenit addatur.id est iungat illis:et succurrit sup= ple addatur:et opitulatur addatur illis:si illud scilicet opitulatur:permit= tatur.id est tolleretur a metris.scilicet a metro secundū quod debet penul= tima istius dictionis opitulatur:prout stat hic in versu produci.

Suffragor.

Fragus.

Poples.

Juuo.

Adiuuo.

Subuenio.

Subuentor.

Subuentrix.

Succurro.

Succursor.

Succursus.

Propitior.

Opitulor.

Notabile.

Constructio.

Subtrahit/et tollit/subducit/et eripit/aufert Surripit/et spoliat/asportat res alienas Priuat/predatur/defraudat eis sociatur.

Aufero.

Subtraho. Tollo. Subduco. Eripio. Surripio. Spolio. Asporto. Priuo. Predor. Defraudo. Constructio.

¶ hic docet autor quot sunt verba consignificantia/sine synonima cum isto verbo aufero fers/abstuli/auferre/ablatum/tu.in supinis. Dicit q̄ subtrahois/subtraxi/subtractū/tu.est idem quod aufero. ¶ Subtraho est verbū actiuum. Et componitur de traho/trahis/traxi. ¶ Tollo/lis.est idem et est actiuum ¶ Subduco/cis.est idem. Et componitur de sub/et duco/cis. ¶ Eripio eripis/eripui/ereptū/tu.est idem. Et cōponitur de e prepositione:et rapio/pis/quod est actiuum. ¶ Surripio/pis.componitur de sub ⁊ rapio/rapis:qd̄ est actiuum. ¶ Spolio/as/aui.idem est. Inde hoc spoliuz/lij. ¶ Asporto/as aui/are.est idem. Et dicitur asporto de ab/et porto/as. ¶ Priuo/as/aui/are est idem. ¶ Predor/aris/predatus sum/predari. est idem. Et dicitur de hic predo/nis. ¶ Defraudo/as/aui/are.est idem. Et componitur de de/et fraudo/as.quod dicitur de hec fraus fraudis. ¶ Construe. Subtrahit est aufert id est idem quod aufert/tollit/subducit/et eripit:sunt idem quod aufert/surripit/et spoliat/et asportat sunt idem qd̄ aufert res alienas. Per istuz actm̄ casum innuit autor.q̄ ista verba regunt actm̄ casum:vt dicendo. Fur subtrahit res alienas:et sic de ceteris verbis. ¶ Priuat. Construe. Priuat hoc verbum sociatur eis scilicet verbis precedētibus:et predatur sociatur/⁊ defraudat sociatur eis.

Alloquor.

Conuenit alloquitur/pariter cōpellit/et interpellat/et affatur predictis associatur.

Conuenio. Conuenit. Compello. Interpello. Affor. Constructio.

¶ hic autor docet.q̄ ista verba cōuenit/cōpellat/interpellat/et affatur:conueniunt in significatione cum hoc verbo alloquor/ris.qd̄ est deponēs. Et cōponitur de ad/⁊ loquor/ris. ¶ Cōuenio/nis/ire/ueni/uentū/tu.in significatione qua hic sumitur est actiuum:vt cōuenio te:et tu conuenieris a me.bn̄ d̄r Sed conuenire in alia significatione est simul venire:et tunc est verbū neutrum tantum. ¶ Itē cōuenit aliqn̄ est verbum impersonale:⁊ tunc est idem quod cōtingit. Unde Pamphilus. Conuenit vt nostros queras quasi nescia casus. ¶ Compello/las/are/aui.verbum actiuum. Et componitur de con/⁊ pello. Interpello/as.verbum actiuum. Et componitur de inter/et pello/as ¶ Affor/aris.verbum deponens.componitur de ad et for/faris.id est loqui ¶ Construe. Cōuenit.i.hoc verbum cōuenit est alloquitur.i.idē qd̄ alloquit̄ pariter ꝑ simul/et cōpellat.est simul alloquitur. Interpellat est alloquitur/et affatur.id est hoc verbum associatur predictis verbis.

Augeo.

Auget et augmentat exaggerat et coaceruat Aggregat accumulat congestat congerit addit Ampliat amplificat apponit et adiicit vnit Cum supradictis assint adiungit adunit.

Augeo. Autor. Autrix. Augmento. Exaggero. Coaceruo. Aggrego. Accumulo. Congesto.

¶ hic docet autor q̄ oīa v̄ba superi⁹ posita sūt eiusdē sig̃tionis cū isto verbo augeo/ges/auxi/gere/auctum/tu.in supinis. Augeo cōponitur cuz ad/et d̄r adaugeo/ges. Et cum ex ⁊ d̄r exaugeo/ges. Ab augeo/ges.d̄r hic autor oris Hec autrix cis. hec autio/onis.noīa verbalia. Et hoc augmētum/ti. Augeo ges.verbū actiuum est cū oībus suis cōpositis. ¶ Augmēto/as.de hoc augmentū/ti.d̄r. ¶ Exaggerat componitur de ex/et aggero/ras. ¶ Coaceruat cōponitur de ad et grego/as.qd̄ d̄r hic grex gregis.sed in simplici non est in vsu. ¶ Accumulo/as.de ad cōponit̄/et cumulo/as.qd̄ d̄r de hic cumulus/li. ¶ Cōgesto/as.verbum frequentatiuum et formatur ab vltimo supino hui⁹ verbi aggero/ris/gessi/gere/congestum/tu.u[illegible]n o/fit cōgesto/tas/taui/tare.

Johannis de garlandia.

¶ Congero/ris.componitur de con et gero geris gessi gerere gestum gestu. ¶ Addo/dis.componitur de ad et do das. ¶ Amplio/as.deriuatur ab amplus/a/um.amplificus/a/um.componitur de amplus/a/um.et facio facis. Appono/nis.de ad et pono/nis. ¶ Adiicio/cis/adieci in preterito:adiectum tu.in supinis/componitur cum ad et iacio iacis ieci/ere.tertie cõiugationis. ¶ Nota q̃ adiicio/cis.scribitur in secunda syllaba cum duplici ij/ꝛ i prior cõ sonante:secunda i:vocali:quia iacio in compositiõe mutat a in i/et sic habet duplex ij.Et si ibi esset nisi simplex i/versus esset falsus.

Congero.
Addo.
Amplio.
Appono.
Adiicio.
Notabile.

¶ Unio vnis vnui vnire vnitum/de vnus vna vnum deriuatur.
¶ Adiungo/gis.de ad et iungo iungis iungere componitur.
¶ Aduno/nis/nini.de ad et vnio/nis.componitur.
¶ Construe.Exaggerat est auget id est idem qõ auget:ꝛ augmentat est auget id est idem qõ auget:et sic de ceteris vsqz ibi.Cum supradictis. Cõstrue Adiungit/et hoc verbum adunit:assint.id est sint cum predictis.

Unio.
Adiungo.
Aduno.
Constructio.

Arcet/compescit/inhibet/cohibetqz/coheret Refrenat/reprimit/angustiat atqz coartat Cogit/constringit/angariat/artat et angit Urget/compellit:his sensus conuenit idem.

Arceo.

¶ Hic docet autor quot sunt verba eiusdem significationis cũ isto verbo arceo/ces(anglice to constrayn).Dicit q̃ omnia illa que ponuntur in versibus
Compesco/cis.compescui in preterito caret supino:componitur de con ꝛ pesco quod non est in vsu.
¶ Inhibeo inhibes inhibui inhibere inhibitum inhibitu.in supinis quod cõponitur de in et habeo/bes.Unde inhibitor/et inhibitrix/et inhibitio/onis. nomina verbalia.
¶ Cohibeo/bes/bui/bere/cohibitum/tu.in supinis:de con et habeo/bes.cõponitur.Unde cohibitor cohibitrix et cohibitio/onis.omnia verbalia.
¶ Coherceo/ces/cui.in preterito/cere/cohercitum/tu.vel cohertum/tu per sincopam de con.et arceo arces dicitur.
¶ Refreno.as/aui/are.de re et freno frenas dicitur.
¶ Reprimo/is/pressi/ere/pressum/su.Un̄ repressor oris.et repressio/nis.verbalia.et componitur de re et premo/mis.
¶ Angustio/as/aui/are.de hec angustia angustie dicitur.
¶ Coarto/as/aui/are.componitur de con et arto/as/aui/are.
¶ Cogo cogis cogi.gere/coactũ/tu.Un̄ coactor coactrix:et hec coactio/nis. noia verbalia:et cõponitur de con et ago agis. ¶ Cõstringo/gis/cõstringere constrictum/tu.in supino.componitur de con et stringo stringis.
¶ Angario/as/are.de hec angaria/rie.dr:et est idem qõ cogere.Unde angariauerunt symonem cyreneum vt tolleret crucem iesu.id est cogerunt.
¶ Arto/as.frequentatiuum de arceo/ces.formatur ei ab vltimo supino scz artu/u in o/fit arto/tas. ¶ Ango/gis/anxi/gere.caret supinis secũdũ vsum. Et notentur hic versus.Respuo/liquo/timet/disco/posco/metuoq̃.Et cum cũ renuo simul addit vrget et angit.Sũt licet actiua dam⁹ illis nulla supia. Sensus est q̃ illa verba que in istis versibus continentur carẽt supinis non obstante qõ actiua sunt:et hoc secundum vsum non secundum artem.
¶ Urgeo/ges/si/gere.caret supinis vsualiter. ¶ Compello/lis/cõpulsi/ere. compulsum compulsu in supinis.Un̄ cõpulso/onis.et cõpulsor/oris/ṽbalia, ¶ Cõstrue sic.Idem sensus.id est vn⁹ sensus:vna significatio cõuenit.id est est conueniens his scilicet verbis Arcet/compescit ꝛc̃.

Arceo.
Compesco.
Inhibeo.
Cohibeo.
Coherceo.
Refreno.
Reprimo.
Angustio.
Coarto.
Cogo.
Constringo.
Angario.
Arto.
Ango.
Actiua carẽtia supinis.
Urgeo.
Compello.
Constructio.

Synonima magistri

Indignans onager seruire per arua vagãtur
Est simplex asinus/seruile lege ligatur
Fetus asellus erit/asininant moribus illi
Qui non accipiunt doctrinam pectore duro.

Onager. ¶ Hic docet autor duo. Unum de consignificatione istarum dictionum onager asinus et asellus: que tres vnam rem significant: sed hoc implicite. alterum de differentia istarum dictionũ dicens q̃ onager est asinus syluestris laboribus hominum insuetus. Asinus econtra sub cõtinua seruitute laborat.

Asellus. ¶ Asellus est diminutiuũ de asinus: et proprie pullus vl̃ fetus asini. ¶ Deinde autor docet q̃ asinino as. qõ ꝓprie pertinet ad asinũ transumitur ad illa significatione ad significandũ illud qõ desipio/pis/pui. desipere. i. male sapere vel stulte sapere: vt dicimus de vno qui habet obtusum ingeniũ. Iste asinat. i. nõ bene sapit: vel iste asinuat. i. ita hebes est sicut asinus.

Asinino as.

Constructio. ¶ Construe sic. Onager indignãs. i. nõ dignãs seruire: vagatur per arua: quasi diceret sẽper est in siluis et locis desertis: et simplex asinus. i. humilis asinus ligat seruili lege. i. lege seruituris. Asellus erit fetus. i. pullus asini vel asine. Illi sup. pueri vel hoies asinin̄at. i. faciũt ad modũ asini: morib⁹. i. cõditionibus. Qui nõ accipiũt doctrinã sc̃z magistri sui in pectore duro. i. propter duriciam cordis. Et dicitur onager ab onos grece qõ est asinus latine: et de hic ager agri Asinus de sedeo sedes: q̃ hoies antec̃z equos habebant asinis insidebant.

Dicitur accusans equales atq̃ minores.
Dicitur incusans maiores et meliores
Sed scelus excusans minuit/renuitq̃ recusans.

¶ Hic docet autor differentiã inter accusare/incusare/excusare/et recusare.

Questio. ¶ Et si queratur quare ponit hic doctrinam de differentibus ex quo principale propositũ fuit tractare de synonimis.

Responsio. ¶ Ad hoc dico q̃ ista verba quodammodo possunt intelligi synonima/q̃ omnia deriuantur et componũtur de cuso/as. quod est frequẽtatiuũ de cudo/dis. Formatur enim cuso/as. ab vltimo supino illius verbi u in o mutata fit cuso as. Sed quia prepositiones venientes secum in compositione faciunt ea ab inuicem differre: nõ omnino sed aliqualiter: quia illa differentia causatur a parte ꝓpositionis que est pars secundaria et non a parte verbi: que est pars principalis. Ideo ponens differentiã inter ista quatuor verba dicit q̃ accusare est culpare: sed qui sũt equales id est pares alicui sine minores. i. minoris status et dignitatis.

Accusare.

Incusare. ¶ Incusare est reprehendere vel crimen imponere maioribus et melioribus: sc̃z viris qui sunt maioris status vel altioris dignitatis sicut q̃n̄ aliq̃s simplex presbyter reprehendit ep̃m de aliquo crimine. Et cõponitur de in prepositiõe ꝙ cuso as.

Excusare. ¶ Excusare est crimen impositum repellere/negare/deponere aliqua iusta causa exigente et faciente ad hoc. Et cõponitur de ad et cuso/as.

Recusare. ¶ Recusare est renuere/refutare/repellere/et cõponitur cum re: et cuso/as.

Constructio. ¶ Construe. Aliqua accusans equales. id est pares suos: atq̃ pro et minores. id est illos qui sunt minoris status ipso. Et aliquis dicitur incusans maiores ꝙ meliores se: sc̃z illos qui sunt gradus altioris ipso: et aliquis excusans se. minuit. i. minorat scel⁹. i. culpã sibi ipositã: q̃ ꝙ et aliq̃s recusãs renuit. i. refutat ꝛc̃.

Quod dat iudicio iudex adiudicat:et quod
Aufert iudicio:iudex adiudicat illud
Judico te dampno/tibi iudico commoda quero
Et litem dirimens partes dijudicat inter
Et quos supplicijs affligit/iudicat illos.

¶Autor docet hic differantiam inter adiudicare:quod componitur de ad/ et iudico/iudicas.Et dijudicare quod cõponitur de di prepositione insepa= rabili et iudico/iudicas:deriuatur de iudex iudicis. ¶Adiudicare est ali= quid per iudicium alicui dare.¶Abiudicare est auferre alicui per iudicium rem quam habuit. ¶Dijudicare est quãdo aliquis electus arbiter inter di as partes iudicat pro vtraq; parte quod equum videtur et iustum. ¶Judi care aliquem est damnare. ¶Deinde dicit autor q; iudico regit accusatiuũ post se:et tunc est idem quod damno:vt iudico te. id est est damno te.ꝛ tunc est actiuum.Et aliquando regit post se datiuũ:vt iudico tibi:ꝛ tunc est idem quod bonum iudicium et vtile tibi dare.¶Construe.Judex adiudicat illud quod ipse dat iudicio.id est per iudicium:et iudex abiudicat illud quod ipse aufert ab aliquo iudicio.id est per iudicium:ꝛ iudex dirimens. id est delens litem dijudicat inter partes scilicet litigantes. Judico te.id est damno:iudi co tibi.id est quero commoda tibi.id est vtilia tibi.

Adiudicare.
Abiudicare.
Dijudicare.
Judicare.
Constructio.

Artificis nomen opifex assumit:et auctor
Inuenit autor:agit actor/res ampliat auctor.

¶In isto versu docet autor que nomina conueniunt in significatione cũ isto nomine hic et hec artifex/cis.dicitur artifex de ars/tis.et facio/cis.dicens q; hic et hec opifex/cis.dicitur de opis opem ab ope et facio/cis.et est idem qd artifex et autor idem est.¶Deinde in secnndo versu ponit differentiam in= ter autor scriptum per u et simplex t/sine c. Et actor per c et t/sine u. Et au= ctor per u c et t scriptum.¶Autor dicitur ab autentim grece quod est au= tenticum vel graue latine. Autor dicitur inuentor materie de qua tractat:ꝛ est communis duorum generum hic et hec autor/oris.¶Actor scriptũ per c et t sine u:est nomẽ verbale formatũ a primo supino istus verbi ago/agis ẽgi/actum/ctu.in supino fit actor.id est factor.¶Auctor scriptum per u c et t est nomẽ verbale de augeo/es/auxi/ere.auctu/ctu.um in or fit auctor/oris. et est ille qui auget aliquam rem.¶Cõstrue. Opifex assumit.id est capit no men artificis.id est idem quod artifex. Autor inuenit.id est inuentor mate= rie de qua intẽdit tractare.actor agit.i.facit.auctor ampliat res ampliores. ¶Nota alios versus differentiales.Autor ab autentim hic et hec sine c/ve= nit actor U sine prebet ago:venit auctor ab augeo cum c.

Artifex.
Opifex.
Autor.
Actor.
Auctor.
Constructio.
Notabile.

Inter se distant timidus/temerarius/audax
Linquit omittenda/facit audax aggredienda
Cessat ab audendis timidus:simul et fugiendis.
Audet omittenda temerarius et facienda.

Audax

Audax. Timidus. Temerarius. Constructio.

¶ Hic ponit autor differētiam inter ista nomina audax/temerarius:et timidus. Dicens q audax est ille qui audet facere ea que sunt facienda:et dimittit ea que non sunt facienda. ¶ Timidus est ille qui nō audet facere faciēda nec omittere omittēda. ¶ Sed temerarius est ille qui audet facere faciēda et non faciēda. ¶ Timidus a timeo/es.ūt. Temerarius a temere.i.stulte ūt. Audax ab audeo audes ausus sum dicitur. ¶ Construe. Timidus/temerarius:et audax:ista nomina distant.id est differunt inter se. Audax est ille qui supple audax linquit.id est dimittit omittenda.id est ea que debent omitti: et facit aggrediēda.id est ea que audax debet aggredi. Et est aggredi incipere aliquid cum audacia. timidus cessat.id est deficit ab audendis.id est rebus faciendis:et simul.id est pariter a fugiēdis.id est a rebus non faciendis Temerarius audet.id est audax est facere omittēda.id est que debent omitti:et faciēda.id est ea que debent fieri.

Est auidus cupidus et auarus et ambitiosus Diuitias cupidus cupit:ambitiosus honores.

Auidus Cupidus. Auarus. Ambitiosus. Ambitio. Notabile Constructio.

¶ Autor docet hic q omnia ista nomina sunt eiusdem significationis cū isto nomine auidus/a/um. Dicens q cupidus/a/um.idem est:et ūt a cupio/pis. pīui/vel pĭj/cupere. ¶ Auarus/a/um.idē est. Et ūt ab aueo/aues/aui/auere. id est cupere. ¶ Ambitiosus a/um.est idē. Et dicitur de hec ambitio/onis.i. cupiditas honoris:ꝛ ūt de hic ambitus/us/ui.cuius media corripitur:qꝛ est nomē.nam si media producitur tunc est participiū. Unde versus. Ambitus est nomen:ambitus participale. Diuitias.ꝛc. Autor ponit hic differentiam inter cupidus et ambitiosus dicēs q cupidus est ille qui cupit diuitias. Ambitiosus est ille qui cupit honores. ¶ Construe. Cupidus et auarus ꝛ ambitiosus est idem quod auidus. Cupidus cupit.i.optat diuitias. Ambitiosus honores supple cupit.

Nutrit fomentat reficit fouet et refocillat. Pascit alit sensus his verbis conuenit unus

Alo. Nutrio. Notabile. Fomento. Fomentum. Reficio. Foueo. Refocillo. Pasco. Pastura. Pascua.

¶ Autor docet hic q omnia ista verba conueniunt in significatione cū isto verbo alo alis alui alere. ¶ Nutrio is/iui/ire.quarte coniugationis. Et inde nutritor et nutrix:quod nomen sincopatur:ꝛ dicitur nutrix deposita media syllaba tri. Et de nutrix derivatur nutricius/a/um.et est idem quod nutrix si esset omnis generis. Unde architrenius in principio libri. Languida segnicies veneris nutricia tractat. Ocia dilatrix operum dissuada laborum. Loquitur de vitiis que sequūtur ociosos. Et ecce habes ibi in his versibus nutricia qō declinatur sic. Nutricius/a/um.et ibi nutricia est idem quod nutrices. ¶ Fomento/tas.a fomentum/ti.dicitur. Et est fomentum idem quod nutrimentum:et dicitur de foueo/es. ¶ Reficio/cis componitur de re et facio/cis. Papias dicit reficere/refocillare/recreare/constipare. Unde versus. Constipat reficit/recreat/simul ꝛ refocillat. ¶ Foueo/es/foui/ere/fotum/tu.in supinis. componitur cum con/et dicitur confoueo/ues.media correpta.et cū re/ꝛ dicitur refoueo/es. ¶ Refocillo/as.de refoueo/es dicitur. ¶ Pasco/cis/ere/pāsui pastū/tu.in supinis. Un hic pastor/oris.ꝛ hec pastura/re.ꝛ hec pascua/cue. Et pluraliter hec pascua/orum.et est heteroclytū genere et declinatione:qꝛ li vero secunde declinationis ꝛ neutri generis. Unde versus. Pascua sola datur sed pascua plura dabūtur. Item potest declinari hec pascua/cue. Et plus

raliter he pascua/arū. Unde scribitur ezech. xxxiiij. capitulo quasi in medio. In montibus israel erunt pascue earum. Item in eodem capitulo. Insuper reliquias pascuarū vestrarum conculcastis pedibus vestris. Item in eodem capitulo inuenitur pascua in plurali numero. Nonne sartis erat pascua bona depasci. ¶ Pasco componitur cum de: et dicitur depasco/depascis.
¶ Nota q̄ passiua istorum passiuorum scilicet pascor et depascor: construuntur cum accusatiuis casibus transitiue. Ut capra pascitur vel depascitur siluas. Et cum ablatiuis in eodem sensu. Unde secundū Papiam bene dicitur. Alo. Pascor hanc rem vel ab hac re. ¶ Alo/alis/alui/ere/alitum/tu. in supinis secundum hugu. Unde hic altor/oris. Et hic alitor/toris. verbalia. id est nutritor: et hec alitrix/cis. ¶ Construe. Unus sensus conuenit. id est conueniens est his verbis scilicet nutrit. ⁊c̄. Notabile. Constructio.

Hinc nutrimentum deducitur ac alimentum Fomentumq̄ comes simul est alimonia fomes

Alimētū.

¶ Autor docet hic q̄ ista nomina derivantur a predictis verbis et vnum et idem significant: et sunt synonima conuenientia in significatione: cum illo nomine hoc alimentum/ti. et dicitur de alo alis. ¶ Nutrimētum/ti. dicitur de nutrio/tris. ¶ Fomētum/ti. et hic fomes/tis. derivatur de foueo/es. ¶ Cōstrue. Nutrimētum deducitur. id est derivatur/hinc. id est de nutrio/nutris. ac pro et alimentum deducitur hinc scilicet de alo alis/q̄ pro et fomentum est comes. id est sociatum illis in significatione: quod derivatur de foueo/es simul pro pariter: et alimonia est comes illis: quod dicitur de alo/alis: et fomes est comes illis: quod dicitur de foueo foues. Nutrimētum. Fomentum. Constructio.

Inter se distant albescit/albat: et albet/ Albitat/albificat: transire scias duo prima. Inchoat albescit minuit simul atq̄ frequentat. Albitat istorum celebratur vtrumq̄ solutum. Candeo candesco non transit/candido transit.

Albeo.

¶ Autor docet hic q̄ ista verba que hic continentur in versibus conueniunt in significatione cum albeo/es. Item docet differentiam inter ista verba dicens q̄ aliqua istorum sunt actiua/aliqua neutra ⁊ absoluta: aliqua sunt inchoatiua: et vnum istorum verborum est frequentatiuum verbum. ¶ Albesco/albescis: est inchoatiuum verbum: et caret preterito: quia omnia verba inchoatiua ex significatione significāt presentialiter: preterita vero signt preteritionem. Unde si haberent preterita haberent sibiipsis contraria.
¶ Formatur inchoatiuum a secunda persona presentis temporis singularis numeri: ⁊ indicatiui modi: vt amo/amas: addita co/fit amasco amascis. id est incipere amare. Albeo albes: addito co/fit albesco. i. incipere albere. Notabile. Albesco.
¶ Albo/albas. i. album facere: ab albus/alba/album: ōr verbum transitiuū. Albo.
¶ Albeo/bes. caret supino: ⁊ hoc fm vsum non fm artem. ¶ Item albito/as est frequentatiuum de albo/albas/albatu u in o/et a preposita mutata in i/ correptam fit albito/as/aui/are. i. parū albere: et est neutrū. Albeo. Albito.
¶ Albifico/as. id est albū facere: ⁊ ponit de albus/a/ū: ⁊ facio/cis. Albifico.
¶ Cādeo/des/dui/ere. caret supino. i. candidū vel album esse: quod idem est quod esse vel fieri albū Candeo.

Candesco.
Candido.
Constructio.

¶ Candesco/cis.inchoatiuum formatum a candeo: addita co/fit candesco. i incipere candere. ¶ Candido/as/aui/are. i. facere candidum: verbum transitiuū. ¶ Construe. Albescit/ꝛ albat: ꝛ albet/albitat/ꝛ albificat: ista ꝟba distant. i. differunt inter se. Scias. i. tu lector cognoscas duo scz verba: de istis verbis prime ꝯiugationis transire. id est esse transitiua scilicet albo/as/are/aui. et albifico/as/are/aui. Et alia tria sunt neutra: scilicet albescit/albet: ꝛ albitat. Inchoat. ꝛc̄. hic docet autor ꝙ albesco/cis. est inchoatiuum verbum. Albito/as. est frequentatiuum: et significat minus ꝙ̄ sinum perfectum scilicet albeo: quia albeo significat album esse vel fieri: et albito significat modicum vel parum albere. Deinde dicit ꝙ vtrumq; istorum verborum est absolutum. id est nullo modo regat accusatiuum transitiue: et sic vtrumq; est neutrum. ¶ Construe. Albescit scilicet hoc verbum inchoat. id est inchoatiuum est. Albitat scz hoc verbum minuit. i. significat minutionem significationis sui perfecti verbi scilicet albeo/es. atq; pro ꝛ/simul. id est pariter/frequentat. id est frequentatiuum est: sicut superius dicitur. Et vtrumq; istorū scilicet albescit et albitat celebratur. id est dicitur esse solutum. id est absolutum. ¶ Candeo. ꝛc̄. hic dicit ꝙ hec verba: cando/candesco: non sunt transitiua: sed neutra: et ꝙ candido/das. est transitiuum. ¶ Construe. hoc verbum candeo non transit. id est non est transitiuum: et candesco non est transitiū: sed candido transit. id est est transitiuum.

Amomū. **Dicit vnguentū cathaplasmaq; nardus amomū**
Suauiter hinc redolens/illis sociatur aroma.
Fertur aromaticum: similem quod prestat odorē.

Cathaplasma
Nardus.
Amomum.
Aromaticum.
Constructio.

¶ Autor docet hic cōuenientiā sigtionis esse inter ista noia: amomū/cathaplasma/nardus/aroma: et aromaticū: omnia ista nomina significant vnguēta preciosa. ¶ Cathaplasma fm hugu. cōponit de catha quod est supra/et plasma/tis: qr supra formā morbi ponit: vel inducit: ꝛ est emplastrū medicinis. Sed cū hoc methaplasma ꝺr a catha prepositiōe greca. i. iuxta: ꝛ plasma. i. formatio: qr efficitur ꝛ ponatur iuxta apostemā: ꝛ remouet apostema a membro nobili ad minus nobile. Unde ysus. Dolet apostema iuxta positū cathaplasma. ¶ Nardus ponitur pro nardo piscato: siue pro nardo pistico: ꝛ vtrūq; est vnguentū factum de nardo arbore. Et est nardus arbor suauissime redolens: et ꝓputatur inter herbas propter suam breuitatē. ¶ Hoc amomum/mi. componitur de aer et oma quod est odor: quasi bonum aeris odorem repꝛesentās. Et dicit Isidorus. Amomū ꝺr quod veluti odorē cynamomi referat. ¶ Aromaticū ab aromate: ꝛ pōt declinari adiectiue. aromaticꝰ/ca/cū. et est omne quod pertinens est ad aroma. ¶ Construe. Cathaplasma ꝙ pro ꝛ nardus ꝛ amomū sunt vnguentū: ꝛ idē in sigtione: aroma hinc redolens: quia redolens est suauiter: sociatur illis scilicet predictis nominibus. ¶ Fertur aromaticū. ꝛc̄. Construe. Et illud fertur. i. ꝺr aromaticū quod prestat. i. dat similem odorem: sicut illa qae superius memorantur.

Amurca. **Debet fex olei: sedimen vel amurca vocari.**

Amurca.
Mucrosus.
Mucrositas.

¶ Intentio autoris est dicere ꝙ sedimen ꝛ fex olei cōueniūt in significatione cum hoc nole amurca/ce. quod est fex olei: ꝛ fm hug. cōponitur amurca ab a quod est sine ꝛ mergo/gis. qr ab oleo se mergat inferius. scz inferior fex olei. Sed murca ꝺr superior fex olei: qr fit quasi murus in oleo. Et inde mucrosus/sa/sum. hec mucrositas/atis. Et scias ꝙ amurca est pars olei/sed ponit pro fece alterius liquoris. Et fm quosdam dicitur ab amarus: quia est amara.

¶Sedimen/sediminis:a sedeo/sedes:dicitur:quia sedet vel residet in fundo olei. ¶Olea ab hec oliua/olue dicitur:hoc oleum/olei: et est differentia inter oluam/oleam/ꝙ oleum:siue oluum.Oliua est arbor.Olea est fructus illius arboris.Oleum vel oluum est liquor fluens vel factus de fructibus illius arboris. ¶Construesic.Fex olei debet vocari sedimen vel amurca.Et dicitur fex a figo figis. Sedimen. Oliua. Olea. Oleum. Constructio.

Augur/sortilegus/est diuinator aruspex
Atqꝫ mathematicus:illis sociatur et auspex
Additur ariolus hinc dicitur ariolari. Augur.

¶Autor hic docet quot sunt nomina synonima cum isto nomine hic augur/ris.dicens ꝙ sortilegus idem est. Et componitur de hec sors et lego/legis. Diuinator idem est. Et dicitur de diuino/as.Mathematicus/ci.est idē. Et dicitur a mateſis et est diuinatio. ¶Et est differentia inter mathesis cuius media corripitur et cum aspiratione:et mateſis cuius media producitur sine aspiratione.Mathesis cuius media corripitur est doctrinalis sciētia.Mateſis cuius media producitur:est scientia diuinandi.Unde versus.Scire facit mathesis:siue diuinare mateſis.¶Ariolus/li.est idem.Et dicuntur ariolı fm Papiā incantatores eo ꝙ circa aras preces nepharias emittunt. Unde ariolor/aris.id est diuinare.Cetera nomina exponuntur superius. ¶Construe.Sortilegus est augur:et sic de ceteris dicas. Sortilegus. Diuinator. Mathematicꝰ. Mathesis. Mateſis. Ariolus.

Fertur anus vetula/minuit sed anicula sensum.
Dum dormitat anus turpis sibi sibulat anus Anus.

¶Hic docet autor conuenientiam istorꝫ nominū:anus/vetula/anicula: que omnia idem significant (anglice an olde wyfe).Hec anus/anus/anui:quarte declinationis:ꝙ inde hec anicula/le.diminutiuū:ꝙ hic ꝙ hec anilis ꝙ hoc anile aliquid pertinens ad anū. ¶Uetula/le.de vetus veteris dicitur:quia vetus est.id est antiqua. ¶Dū dormitat.ꝛc.Differentia est inter anus cuius prior corripitur:et anus cuius prior producitur. Nam anus cuius penultima syllaba corripitur est femınini generis ꝙ quarte declinationis:ꝙ est idē qđ vetula.Anus cuius penultima producitur est masculini ghis ꝙ secūde declinationis:ꝙ est idē quod culus. ¶Construe.Uetula est anus ꝙ anicula est anus:sed minuit sensum.i.sigtionē illius:qꝛ est nomē diminutiuū.Hic anus/ani:pro culo:et hec anus pro vetula ponit.Hec anus/ani. hec anicula/le.de vetus/ris. dicitur. ¶Dum dormitat anus.Construe. Dum anus.i.vetula dormitat.i. dormit:turpis anꝰ.i.vilis culus sibilat sibi. ¶Et est sibilare ꝓprie serpētū. Sed qꝛ culus emittit simulē sonū ideo transsumitur ad signdū taliter sonare Uetula. Anus. Anus. Anicula. Constructio. Sibilare.

Unum significant arbor cum robore stipes
Stips stipis est obolus:sed stipes stipitis arbor
Stipo constipo:stipendia dicimus inde.
Arbutus arboris est species sunt arbuta fructus: Arbor.

Stipes.

Constructio.
Stips

Stipus.
Stipo.
Constipo
Stipendium.

Arbutus.
Arbuta.

¶Autor docet hic conuenientiam istarum dictionum hoc robur/ris. et hic stipes/stipitis: media correpta cum isto nomine arbor/arboris. ¶ hic stipes tis. secūdum Hugut. est titio vel truncus ligni qui sustinet aliquid: et dicitur de sto/stas. ¶Construe. Hec nomina arbor/et stipes cum robore significant vnum. id est eandem rem. ¶Stips pis. ꝛc̄. hic ponit differentiam inter hec stips/stipis: et hic stipes/stipitis: dicens ꝙ hec stips/stipis: femininī generis est obolus: quoddam pondus quod olim militibus stipendiarijs distribuebatur pro pecunia: et ponitur pro obolo. Et quia obolus solet dari mendicis pro elemosina. Ideo stips quandoq; dicitur mendicitas/elemosina victus. Unde hic stipus/pi. mendicus. Sed stipes/stipitis: est arbor. ¶Stipo constipo. Autor dicit ꝙ stipo/as. componitur cum con/et dicitur cōstipo/as. et hoc stipendium/dij. de stipo/pis. ¶Stipo/pas. id est facere stipata. hoc stipatū/ti (anglice stoches) vel stipare est ornare cum stipa. Constipatus (anglice to be costryfe) ¶Arbutus arboris est. ꝛc̄. hic autor ponit differentiam inter hec arbutus/ti. Et pluraliter hec arbuta/orū. dicens ꝙ hec arbutus est quedam species arboris: et sic non est generalis arbor. Et arbuta sunt fructus illius arboris. Et declinatur hoc arbutum/ti. et dicitur de hec herba: et similiter de hec arbor/arboris.

Stips stipis as obolus: indeclinabile pondus
Illus est natus dipondius as: duplicatus
Altera pars assis semis duo tertia bisse
Tressis/quincussis/occussis: et inde decussis.

As/assis.

Dypondius.
As assis.

Semis.
Bisse.

Tressis.

Quincussis.

Deuns
Decuns.

Notabile.
Partes assis.
Constructio.

